



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum
Societatis Iesu instituit**

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniæ Agrippinæ, 1602

Collegium Complutense. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45323

gestum erat, intelligeret. Qua reper-
motus (vt par erat) grauiter Pontifex
& alijs contagionibus malorum ad-
monitus, quæ in nonnullis Italiæ ciui-
tibus serpere quotidie magis nun-
ciebantur: ex vniuerso Cardinalium
Collegio sex omnino delegit, qui sum-
ma cum potestate in hæreticos inqui-
rerent, & in perenni quadam vigilia
aduersus Ecclesiæ hostes essent. Quod
præclarum inuentum, non urbi so-
lum, sed Italiæ etiam vniuersæ extitit
salutare. Illud etiam acriter pugnauit
Ignatius, vt, quæ in Sacerdotes illos
conijciebantur, ea iudicio excuteren-
tur, ac proferrentur in lucem, ne qua
ex silentio infamiae nota illorum vi-
tæ, nostroq; nomini inureretur: quod,
multis repugnantibus atque obnitén-
tibus, tandem vicit. Ergo illi, senten-
tia pronunciata à Ludouico Milane-
sio, Protonotario Apostolico, ac Vi-
celegato, omni criminis suspicioneli-
berati sunt.

COLLEGIVM COMPLVTENSE.

CAPVT VIII.

E X corum numero, quos Roma ab
Ignatio, anno 1541. ad Conim-
bricen-

bricense Collegium constituendum
missos fuſſe diximus, Franciscus Villa
noua fuit. Qui cum ex longi itineris la-
boribus, incommoda vteretur vale-
tudine, medicorum consilio, & patrū
nostrorum voluntate, vt cælum muta-
ret, Complutum venit. Vbi ytcunq; ex
moib; confirmatus, sedem Ignatij
iussu, fixit: & homo natu grandis, ad
Grammatices studium aggressus, ver-
borum inflexiones atque nominum
meditari cœpit, & puerilia rudimen-
ta studiosè deuorare. Quo in labore
duos annos posuit, summa inopia &
tolerantia, rerumque hūmanarum
contemptione; sed pari vel homi-
num admiratione; vel fructu. Nam
homo literarum rudis, conditione hu-
milis, ignotus nomine, doctissimos
grauissimosque viros, in nobilissima
Academia consuetudine ita sibi deuin-
xit, et spiritū hominis, prudentiamque
admirati, ad illum de rebus suis refer-
rent, illum sibi magistrū exercēdā pie-
tatis adsciscerēt, illum ducem seque-
reantur: plusq; illi autoritatis apud bo-
nos adderet virtutis opinio, quā ino-
pia adimeret doctrinæ. Adiuncti sunt
Paulò post tres alij, quorū exemplo rō-
mori Scholastici i. o. nulli, dueb; e. a.

stitutū Societatis animū applicuerunt.
Qui quidem molestijs perfuncti sunt
multis, & rei nouitate, & falsi crimi-
nis suspicione cōnotis. Qua suspicio-
ne nostri, cognita veritate, publico. M.
Velæ Academiæ Rectoris testimonio
liberati sunt. Resq; cùm. aliorum beni-
gnitate, tum verò Doctoris Vergara
in primis, Canonici Conchensis stu-
dio ac beneficentia eò progesla est,
vt commodum numero sumque Col-
legium Compluti habeamus. Ex quo
lögum sanè esset enumerare, quot vel
maximis ingenij adolescentes, præ-
statiq; sciētiæ ac virtutis spe, vel viri sa-
piētiæ prudētiæq; laude clari, Societa-
tem nostram sint ingressi. Ut mihi
quidem Cōplutense Collegium, prin-
cipium constituendæ propagandæque
in Hispaniarum prouincijs Societatis,
& quasi seminarium præcipuum suis-
se videatur.

IGNATIUS IN VRBE PLE-
TATIS OPERA INSTITUENDA CURAT.

CAPVT IX.

Sed non modò domesticarū reū,
societatis uersę Societatis solicitudinē
gerebat Ignatius, verū etiā cura
&